Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. ip-
si gloria et imperium in secula seculorum amen. Gr. Be-
nedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cheru-
bim. V. Benedictus es in throno regni tui et laudabilis
in secula. Alleluia. V. Benedictus es domine deus patrum nostrorum
et laudabilis in secula. Sequitur sequentia. Bened-
Benedictio summe trinitati simplici deitati semper omni
symphonia. Parenti tui sempiternalis stat ydemp-
titas sempiternitas anarchos numina. Par verbo coes-
sentiua sapientia vera vitas explendet viua. Tibi
et ambobus voluntas perennis et suavitas. Tu beatitudo
sancta sanctitas es constantina. Tres unicum bonum
simplex et principalissimum. Omnis eius nobis ex quo vi-
ta stillat amor et zophia. Optima veraque eternitas
eterna et optima vitas vera eternaque bonitas. Odia fal-
sitas morsque cedant vultum tuum in nobis exprimat
usia ratio caritas. Fons in quo sunt vivunt quorum
umbras mortales expetunt tu te delicie deus sothe-
ria regnum virtus victoria. Fac nos supplices tue
dilectionis compotes effuga demones nomine sanctum
glorie magnifica. Pater el eloy eloy yath sadday lux saunay tu yeye
rex sabaoth ineffabilis adonay tuum nos plasma conserva. Proles emanuel
nune mirabilis summe consul deus fortis dominus iustus
pater futuri seculi princeps pacis ihesu messya nos salva.
Spiritus timoris pietatis sciencie fortitudinis consi-
lii intellectus ac sapiencie nos illustra unge sancti-
fica. Simplex trinitatis tu unitas trinitatis una deitas
purga culpas egros sana hostes pacifica solve vincla